archiepiscopatum suum intrare, omnesque episcopos a regno suo ejecerat omnesque ecclesiarum et monachorum redditus regio fisco applicaverat. ‖ F

Eodem anno proveparando dehinc ad divinum officium, quodiam annis VII decurrerat, rex Philippus in Angliam transfretare[a] disponit, omnesque[x] barones [x] f. 136. congregati cum eo tutiare promittunt, excepto comite Flandrie, qui iam confederatus erat regi Anglie licet alia pretenderet.

MCCXIII°. Philippus Flandriam occupat, comites[b] Bolonie et Flandrie sociatos superat, minus a sua depellit curia. Rex Anglie Timeus ad papam pro reconciliatione nuncios mittit, legato ad hoc misso iurat rex possessiones et ablata restituere, de vecundo periculos. ‖ Eodem anno Mediolanenses propter odium Federici ex causa supra posita contra Papienses, qui cum soliaverant, et contra Cremonenses, qui cum soliaverant, congregaverunt exercitum, et eodem anno debellati fuerunt propter suas heresses, et quia Ottoni adherebant. Cremonenses autem eorum carrocium et vexilla et scuta accipientes suum palatium ornaverunt eisdem. ‖ Eodem anno Johannes rex Anglie de communi baronum voluntate et consilio obtulit Domino et suis apostolis Petro et Paulo ad domino Innocentio pape tertio eiusque successoribus totum regnum Anglie atque Hybernie et iuravit facere homagium, obligans se ad dandum pro regno[c] Anglie DCC marchas, pro regno Hybernie CCC annuatim ultra damnum sancti Petri, salvis sibi et heredibus suis iustitiis et libertatibus regalibus, et hoc pro remissione peccatorum suorum totiusque generis sui, tam vivorum quam mortuorum. ‖ F

a) Transfretare c.

b) comitibus c.

c) rege corr. regº